Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Pascha nrm

totum boni.

Habetote patientiam quia de rebecca nobis. idem de patientia
sermo est. et necesse est nos eos qui collectam negligunt et audire
declinant uerbum dei. paululum per patientiam castigare qui non desi-
derant panem uitae nec aquam uiuam. qui non exeunt de castris. nec
procedunt de domibus luteis. ut colligant sibi manna. qui non ue-
niunt ad petram. ut bibant de spiritali petra. petra enim xpc est
ut apls ait Habetote in quam uos paululum patientiam. Sermo
enim nobis ad negligentes est. et eos qui male habent Sani enim
non indigent medico. s. male habentes. Dicite in uos quantum festus
dies ad ecclam conuenitis. Ceteri dies non sunt festi. non sunt
dies dni. Judeorum est dies certos et raros obseruare sollempnes.
et ido ad eos dicit dns. quia neomenias uras. et sabbata. et die
magnum non sustineo. ieunium et ferias. et dies festos uros odit
anima mea. Odit g ds eos qui una die putant festum die esse
dni. Xpiani omni die carnes agni comedunt. idem carnes uer-
bi di cotidie sumunt Pascha enim nrm immolatus est xpc.
Et quia lex paschae talis est ut in uespa comedat. propterea in
uespa mundi passus est dns. ut tu semper manduces de carnibus
uerbi. quia semper in uespera es usque quo ueniat mane. Et si in
hac uespa sollicitus fueris. et in fletu ac ieunii. atque in omni
labore iustitiae uitam dureris. poteris et tu dicere. Ad uesperam
demorabit fletus. et ad matutinum letitia. Certaberis enim mane
idem in seculo uenturo. si in hoc seculo fructum iustitiae in fletu et labo
re collegeris. Venite g. et nos dum tempus est bibamus de puteis tu
sionis. ubi ysaac deambulat et ubi procedit ad exercitum.
Obserua quanta gerunt ad aquas. ut et tu inuiteris cotidie
uenire ad aquas uerbi di. et assistere puteis eius. sicut faciebat
et rebecca. de qua dicit. Virgo erat decora ualde. uirgo. non
cognouerat eam uir. Et hec inquit erant sero haurire aquam.
Nec hoc frustra septum est de ea. Verumtamen mouet me quod est
quod dicit. uirgo erat uir non cognouerat eam. Quasi uero aliud

.V.